



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 163. Congregatio in Caussa Episcopi Argentinensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Sessionem, quæ diutius protracta fuit, ut
A.C. 1416. potè primum mense Majo ad finem vergente anni sequentis habita. In die Epiphaniæ sexta Januarii MCCCCXVI. Episcopus Toloniensis sermonem habuit, & libertate Evangelica depravatos Clericorum mores insectatus est, conclusitque dicens: exauctorandum esse Benedictum XIII, condendas salutares leges adversus laxorem disciplinam, & Clericos ad vitam Professioni eorum conformem tandem reducendos.

§. CLXIII.

Congregatio in caussa Archiepiscopi Argentinensis.

sup. §. CLIV Ineunte mense Januario habita est Congregatio in caussa Episcopi Argentinensis, cuius supra meminimus, inunctumque fuit Patriarchæ Constantinopolitano, aliisque Commissariis, ut hunc Antistitem liberari peterent. Sed re infecta reversi sunt, Procuratore ac Capituli Advocatis dicentibus, quod Episcopum libertati restituere parati essent, dummodo Concilium castrum Bern, & oppidum Zabern in clientelam reciperet, & Episcopus jurato caveret, se Synodi sententiæ acquieturum, ac vel Constantiam iurum, vel saltem eo missurum deputatos, qui accusationum capitibus contra eum

eum delatis responderent. Verum caus- Sæcul. XV.
sa hæc necdum finem fortita est. A.C. 1416.

§. CLXIV.

Plurium Principum Oratores auditi.

Congressi sunt Nationum Deputati, ut *Vander* advenientes Jacobi Borbonii Neapo- *Hard tom.4.*
litani Regis, & Joannæ II. seu Joannettæ *vag.559.*
uxoris ejus Legatos audirent. Hæc re-
gina, cum fratrem suum, ejusque Ante-
cessores imitata, pluries Romam inva-
sisset, ac propterea terris suis exui perti-
mesceret, suis Legatis negotium dedit,
ut Concilio obsequium præstarent, o-
mnemque submissionis, ac fidei suæ testi-
ficationem erga futurum Pontificem suo
nomine sponderent, simulque hujus ele-
ctionem urgerent. Oratores perbenigne
excepit Synodus, eisque suam protectio-
nem promisit. Insuper Caroli de Mala-
testis, aliorumque Italiae Principum Le-
gati ad alloquium admitti sunt. Sub i-
dem etiam tempus contra eos, qui An-
geli Corarii partibus adhærebant, quere-
læ deponebantur, ac si diversis modis sta-
tus Ecclesiasticos divexare attentarent:
quam ob rem Concilium respondit, se de
opportunis tollendi dissidii mediis prospe-
cturum, & in hac caufsa Commiffarios
deputaturum.

N 2

§.CLXV.